

Riepilogo

1. Come si esprime in latino classico l'idea di necessità ? (esempi)
2. Come si esprime l'idea di necessità in latino post-classico ? (esempi)
3. Che valore ha la preposizione '*quia*' in latino classico? Quale valore può assumere in latino post-classico ? Che preposizione sostituisce in latino post classico?
4. Cosa sono i verbi incoativi e che caratteristiche morfologiche hanno ? (esempi)
5. Lessico.

Esprimi il significato in italiano dei seguenti termini:

- *palam* → indica uno o più antonimi
- *alioquin*
- *altitudo* → indica altri termini astratti in -udo
- *conculcare* → indica dei sinonimi
- *commisura* → indica dei sinonimi

6. Cos'è una proposizione relativa aggettiva ?
7. Cos'è una proposizione relativa sostantiva ?
8. Indica tra le frasi seguenti quali possono essere classificate come relative sostantive e quali aggettive:

- a) *Exit qui seminat ...*
- b) *qui habet aures audiendi, audiat*
- c) *... ut luceat omnibus, qui in domo sunt.*

La nuova missione di Roma cristiana

Haec potius concupisce, o indoles Romana laudabilis, o progenies Regulorum Scaevolarum, Scipionum Fabriciorum; haec potius concupisce, haec ab illa turpissima vanitate et fallacissima daemonum malignitate discerne. Si quid in te laudabile naturaliter eminet, non nisi vera pietate purgatur atque perficitur, impietate autem disperditur et punitur. Nunc iam elige quid sequaris, ut non in te, sed in Deo vero sine ullo errore lauderis. Tunc enim tibi gloria popularis adfuit, sed occulto iudicio divinae providentiae vera religio quam eligeres defuit. Expergiscere, dies est, sicut experrecta es in quibusdam, de quorum virtute perfecta et pro fide vera etiam passionibus gloriamur, qui usquequaque adversus potestates inimicissimas confligentes easque fortiter moriendo vincentes

"sanguine nobis hanc patriam peperere suo (1)".

Ad quam patriam te invitamus et exhortamur, ut eius adiciaris numero civium, cuius quodam modo asylum est vera remissio peccatorum. Non audias degeneres tuos Christo Christianisve detrahentes et accusantes velut tempora mala, cum quaerant tempora, quibus non sit quieta vita, sed potius secunda nequitia. Haec tibi numquam nec pro terrena patria placuerunt. Nunc iam caelestem arripe, pro qua minimum laborabis, et in ea veraciter semperque regnabis. Illic enim tibi non Vestalis focus, non lapis Capitolinus (2) sed Deus unus et verus

"Nec metas rerum nec tempora ponit, Imperium sine fine dabit"(3)

S. Agostino
(De Civitate Dei)

(1) Virgilio, Aen., XI, 24-25.

(2) Lapis Capitolinus: La statua in pietra di Giove Capitolino. Vd. (Cicerone, Ad famil. 7, 12; A. Gellio, Noct. att., 1, 21; Apuleio, De deo Socr. 5.),

(3) (Virgilio, Aen. I, 278-279.).

Desidera piuttosto questi beni, o nobile tempra romana o progenie dei Regoli, degli Scevola, degli Scipioni, dei Fabrizi; desidera questi beni piuttosto e riconosci che sono diversi dalla oscena frivolezza e ingannevole malvagità dei demoni. Se qualche cosa in te di nobile risalta per naturale disposizione, soltanto con la vera pietà è nobilitato fino alla compiutezza, con l'empietà è sprecato e avvilito. Scegli ormai che cosa devi seguire per ottenere di essere lodata senza errore, non in te ma nel Dio vero. Nei tempi andati avesti la gloria tra i popoli ma per un occulto giudizio della divina provvidenza ti mancò la vera religione da scegliere. Svegliati, è giorno, come ti sei svegliata in alcuni dei tuoi, della cui virtù perfetta e perfino del martirio per la vera religione noi cristiani ci gloriamo. Essi combattendo con le potenze nemiche e vincendole con una morte eroica hanno fondato per noi col loro sangue questa patria (Virgilio, Aen. 11, 24). E a questa patria noi ti invitiamo e sproniamo perché tu sia aggiunta al numero dei cittadini, la cui città di rifugio è in certo senso la vera remissione dei peccati. Non ascoltare i tuoi cittadini degeneri che infamano Cristo o i cristiani accusandoli delle calamità dei tempi perché vorrebbero tempi, in cui non si abbia la vita tranquilla ma la malvagità garantita. Neanche per la patria terrena ti furono graditi tempi simili. E' tempo che afferri la patria celeste, giacché per averla non dovrai certamente affannarti e in essa dominerai in una verace perennità. In essa non il fuoco di Vesta, non il Giove di pietra del Campidoglio (Cicerone, Ad famil. 7, 12; A. Gellio, Noct. att., 1, 21; Apuleio, De deo Socr. 5), ma il Dio uno e vero non pone i limiti delle cose e dei tempi ma darà un dominio senza fine (Virgilio, Aen. 1, 278-279).

[Rif. CD 2,29.1] [NBA CD_002_029_001] Ad Christum Romani invitantur... 29. 1. Haec potius concupisce, o indoles Romana laudabilis, o progenies Regulorum Scaevolarum, Scipionum Fabriciorum; haec potius concupisce, haec ab illa turpissima vanitate et fallacissima daemonum malignitate discerne. Si quid in te laudabile naturaliter eminent, non nisi vera pietate purgatur atque perficitur, impietate autem disperditur et punitur. Nunc iam elige quid sequaris, ut non in te, sed in Deo vero sine ullo errore lauderis. Tunc enim tibi gloria popularis adfuit, sed occulto iudicio divinae providentiae vera religio quam eligeres defuit. Expergiscere, dies est, sicut experrecta es in quibusdam, de quorum virtute perfecta et pro fide vera etiam passionibus gloriamur, qui usquequaque adversus potestates inimicissimas confligentes easque fortiter moriendo vincentes "sanguine nobis hanc patriam peperere suo (Virgilio, Aen. 11, 24.)". Ad quam patriam te invitamus et exhortamur, ut eius adiciaris numero civium, cuius quodam modo asylum est vera remissio peccatorum. Non audias degeneres tuos Christo Christianisve detrahentes et accusantes velut tempora mala, cum quaerant tempora, quibus non sit quieta vita, sed potius segura nequitia. Haec tibi numquam nec pro terrena patria placuerunt. Nunc iam caelestem arripe, pro qua minimum laborabis, et in ea veraciter semperque regnabis. Illic enim tibi non Vestalis focus, non lapis Capitolinus (Cicerone, Ad famil. 7, 12; A. Gellio, Noct. att., 1, 21; Apuleio, De deo Socr. 5.), sed Deus unus et verus Nec metas rerum nec tempora ponit, Imperium sine fine dabit (Virgilio, Aen. 1, 278-279.).